



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,  
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

**Eck, Johannes**

**Antverpiae, 1541**

13 De humanis constitutionib.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35599**

DE HVMANIS CON-

hanc Epistolam approbantem, iam  
omnia erunt incerta, quia huiusmo-  
di temerarius, etiam negaret Episto-  
las Pauli. Vide Tomo. 4. Homil. 52.

DE HVMANIS CON-

stitutionibus. XIII.

¶ Humana cōstitutio Conciliorum  
& pontificum seruanda.

Luc. 10

**Q**ui vos audit, me audit, &  
qui vos spernit me spernit,  
qui autē me spernit, spernit  
eū q̄ me misit. Ecce quod Christū &  
Euangeliū spernit, qui ecclesie præ-  
latos & ecclesiasticas constitutiones  
contemnit. Scitis quæ præcepta de-

2. Thef. 4

derim vobis per dominum Iesum  
Christum, & post: Itaq; qui hæc sper-  
nit nō hominem spernit, sed deum,  
qui etiam dedit spiritum sanctum  
in nobis. Moyses cōtra se & Aaron

Exo. 10

murmuranti populo dixit: Audiui  
murmur vestrum contra dominum  
Et infra: Nos enim quid sumus: nec  
cōtra nos est murmur vestrum, sed  
cōtra



contra dominum. Qui nouit deum **1. Ioan. 4**  
 audit nos, qui nō est ex deo, non au-  
 dit nos. Per hoc cognoscimus spiri-  
 tum veritatis & erroris.

○ Omnis anima potestatibus subli **Rom. 13**  
 mioribus subdita sit. Non enim est  
 potestas nisi à deo, q̄ aut sunt, à deo  
 ordinata sunt: Itaq; q̄ resistit potesta-  
 ti, dei ordinationi resistit. Qui autē  
 resistūt, ipsi sibi dānationē acquirūt

Admone illos principibus & po- **Tit. 3**  
 testatibus subditos esse, dicto obedi-  
 re, ad omne opus bonū paratos esse

Subdite estote omni creature siue **1. Pet. 2**  
 regi quasi præcellenti, siue ducibus  
 tanquam ab eo missis. & post: Seruī  
 subditi estote in omni timore domi-  
 nis non tantum bonis & modestis,  
 sed etiam discolis quoniā sic est vo-  
 luntas dei.

Posse homines statuere, indicant  
 Apostoli prohibentes ab immolatis  
 idolorū, sanguine, & suffocato, in-  
 dicat Paulus, qui tot leges dedit de-

con-



DE HVMANIS CON

- constituendis episcopis, de viduis,  
de mulieribus velandis, vt non præ  
dicent mulieres, de non deserendo  
cōiuge infideli, de rebus prophanis  
& secularibus iudicijs. Et Paulus ho  
mo fuit. Act. 1.4.
- Itaq; fratres state & tenete tradi  
tiōes quas didicistis, siue per sermo  
nem siue epistolam nostram.
- Imō semper licuit sacerdotibus  
& presbyteris statuere. Deuterono,  
duodecimo: prohibet dominus ne  
erigatur altare, nisi vbi sit archa fo  
ederis, tamen Samuel existente tem  
plo in Sylo, erexit lapidem in Mas  
phat. Et Helias erexit in monte Car  
melo. Deuter. 17. Si iudicium ambi  
guum fuerit, supra loco.
- Supra cathedram Moyfi sederūt  
scribæ & pharisæi, quę dicūt facite.  
Si ecclesiā non audierit, sit tibi sicut  
ethnicus & publicanus.
- Quicumque perfecti sumus hoc  
sentiamus, & si quid aliter sapitis, &  
hoc



hoc vobis reuelabit de<sup>9</sup>. Ecce quod ecclesia statuit in honorem dei, hoc deo reuelante facit.

Laudo vos fratres quod per omnia mei memores estis, & sicut tradi-  
di vobis precepta mea tenetis, non aut tradidit eis omnia in scriptis, ut supra, & huiusmodi precepta tradita in primitiua ecclesia, scripta & non scripta, testatur Dionysius, i. de ecclesiasti. hierarchia.

Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie, singuli quod ibi rectum videtur. Deut. 12

¶ Secundum axioma.

Ecclesiasticæ consuetudines ritus & ceremoniæ, æque sunt obseruandæ, atque leges diuinæ.

Manifestatur primo à simili. Consuetudo in ciuilibus habere vim legis, cur non in vsibus ecclesiæ? quia diurna, & cōsuetudo ecclesiæ valet cōtra contentiosos. l. imo

Si quis videtur contentiosus esse i. Cor. 21. nos



DE HVMANIS CON

nos talem consuetudinem non habemus, neq; ecclesia dei. Super quo ait Hieronymus: Apostolus quū precepisset mulierem orare velato capite, prauenit obiectionē, qua quispiam ei dixisset: Vbi scriptū est? per hoc quod allegat consuetudinem.

**2. Pet. 3**

Veniēt in nouissimis temporibus in deceptione illusores, iuxta proprias cōcupiscētias ambulantes hoc faciunt heretici, qui non secundum statuta patrum viuūt, sed secundum propria desideria.

Hæretici sunt Chamitæ deridentes nuditatem matris ecclesiæ, quia sine expresso textu scripturæ præcipiat.

**Phil. 4**

Fratres quæcūque sunt vera, quæcūque pudica, quæcūq; amabilia quæcūque bonæ famæ, si qua virtus si qua laus disciplinæ, hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis & audistis & vidistis in me, huiusmodi autē sunt cōstitutiones ecclesiæ, quæ sunt



re sunt seruandæ.

Perambulabat (sanctus Paulus cū Act. 15  
Sila) Siriam & Ciliciā confirmans  
ecclesias, præcipiens custodire præce-  
pta apostolorum & seniorum.

Quum pertransirent Paulus, Si- Act. 16  
las, & Timotheus ciuitates, trade-  
bant eis custodire dogmata, quæ e-  
rant decreta ab apostolis & seniori-  
bus, qui erant Hierosolymis. Ponde-  
ra decreta, quod non erat solum de-  
cretum de cessatione legalium.

Christus non solum dedit potesta-  
tem plantandi ecclesiam per prædi-  
cationē, sed etiam regendi, modo il-  
la includit potestatem faciēdi statu-  
ta pro salutari regimine, sine qui-  
bus hic nō uiuitur &c. Attēdite igi- Act. 20  
tur vobis & vniuerso gregi, in quo  
vos spiritus sanctus posuit episco-  
pos, regere ecclesiam dei.

Denunciamus vobis fratres in no- 2. Thess. 3  
mine domini nostri Iesu Christi: vt  
subtrahatis vos ab omni fratre am-

L bulæ-



DE HVMANIS CON-

bulante inordinate : & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis.

Policarp. ad Philippen. Subiecti estote presbyteris & diaconis, sicut deo & Christo. Hieron. ad Luciniū. Traditiones ecclesiasticæ obseruandę sunt, vt à maioribus traditę sunt vnaquęq; prouincia sensu suo abundet, & præcepta maiorum, leges apostolicas arbitretur.

Extant multi canones in decretis super illa re ex verbis Aug. c. ecclesiasticarū c. in his c. catholica, cum similibus. dist. II.

Heb. 13 Obedite præpositis vestris, & subiaccete eis, ipsi enim reddituri sunt rationem pro animabus vestris.

1. Cor. 14 Omnia secundum ordinem fiant in vobis, ordo autē requirit legem, Obijciunt hæretici.

Mar. 7 Frustra me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominum.

Deut. 4:12 Non addetis ad verbum quod loquor



quor vobis, nec auferetis ex eo.

3 Empti estis precio, nolite fieri serui hominum. Apo. vii.  
1. Cor. 7

4 Si spiritu ducimini, nō estis sub lege. Galat. 5

5 Iusto non est lex posita. 1. Tim. 1

6 Lex iram operatur. Rom. 4

7 Vbi spiritus domini, ibi libertas. 2. Cor. 3

8 Qua libertate Christus nos liberavit. Galat. 4

¶ Respondent catholici

Christum non improbasse tradi- De primo

tiones hominū simpliciter, sed quas faciebāt contrarias legi diuinæ, aut relinquebant legem diuinam, quia

vbi supra sequitur: Relinquentes Mar. 7

enim mandata dei, tenetis traditiones hominum, & dicebat illis: Bene

irritum fecistis præceptū dei, vt traditionem vestram seruetis. Sicut ibi

declarat, & apud Matth. Explicat Mat. 19

Paulus: Non intendentes mandata Tit. 1

hominum auersantium veritatem.

Hinc, vā æternæ damnationis com-

L 2 mina-



## DE HVMANIS CON-

**Esa. 10** minatur Dominus condentibus huiusmodi traditiones impias. Væ, inquit, per prophetā, qui condunt leges iniquas, & scribes iniustitias scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerēt cause humiliū populi mei, vt essent viduæ præda eorū, & pupillos deciperēt &c. Constitutiones vero ecclesie augent cultū diuinū, concupiscentiam carnis coercent, & ad seruāda diuina præcepta expeditiorē faciūt ac fraternam charitatem augent.

### De secūdo

Nihil addendū est scripturæ quod corrumpat, aut deprauet ipsam, aut quod dicatur esse de integritate sacre scripturæ, secus quādo promouet ea quæ in sacris literis sunt mādāta, vel consulta, nam constitutiones ecclesie, & si nō sunt in scriptura in propria forma, tamen emanāt ex ea: vt testatur Sapiens.

### Pro. 30

Omnis sermo dei ignitus clipeus est sperantibus in se. Ne addas quicquam



quam verbis illius, & arguaris, inueniarisq; mendax: nō prohibetur ergo simpliciter omnis additio, sed solum additio falsa & mendax.

Si quis (inquit) appofuerit ad hæc, apponet deus super illū plagas scriptas in libro isto. His vero qui addunt, vel apponunt exponendo, declarando, aut interpretando scripturas, leges, aut constitutiones ad diuinū honorem ecclesiæ decorem, & animarum salutem condendo (propter quod etiam Christus alios voluit esse doctores in ecclesia, alios apostolos, alios euangelistas, alios pastores, Et alij dantur genera linguarum, alij interpretatio sermonum) promittitur æternæ vitæ præmium qui operantur (ait ipsa æterna sapientia) in me, non peccabunt, & qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Et alibi: Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiā erudiunt multos, quasi

Apoc. vii.

Ephe. 4

1. Cor. 12

Eccle. 14

Dan. 12

L 3

quasi



## DE HVMANIS CON-

quasi stelle in perpetuas eternitates

Acutius soluitur quod ibi prohibentur Tikun Zosrim, & illa solutionem credo vera, vide in Porchetto & Galatino.

**De tertio.** Non debent fieri serui hominum faciendo schismata, vt vnus sit Cepha, alter appollo.

**De quarto** Qui aguntur perfecte spiritu non sunt sub lege Moysaica, aut coerciua, egent tamen lege directiua: sicut Adam habuit legem in paradiso.

**De quinto** Iusto perfecta charitate, qui totus regitur spiritu diuino, non est lex posita, pro ea parte qua est iustus, sed quia caro concupiscit aduersus spiritum, pro ea parte habet legem reformatem. Vel dic vt de quarto.

**De sexto.** Lex moysaica ira operatur, si non adiuuamur a gratia, gratia autem & veritas per Iesum Christum.

**De septimo.** Libertas Euangelica sicut non excludit potestatem & obedientiam superioris, ita nec eius statuta, sed liber



STITVTIONIBVS. 80

bertas illa opponitur seruituti legis  
Moyſaice, & ſeruituti peccati: Ideo  
eſt ſolum libertas in ſpiritu, quia nō  
ſeruit peccatis, & quia ipſa libertas  
promouet bonū, non excludit con-  
ſtitutiones & eccleſiæ præcepta, quæ  
ſimiliter promouēt bonum, vt te-  
ſtatur Paulus: Vos in libertatem vo-  
cati eſtis fratres, tātum ne libertati  
occaſionem detis carnis, ſed per cha-  
ritatem ſpiritus ſeruite inuicem. Et  
Petrus: Quasi liberi, & nō quaſi ve-  
lamen habentes malitię libertatem,  
ſed ſicut ſerui dei. Item: Qui, ſcilicet  
hæretici, in errore conuerſantur li-  
bertatem illis promittētes, quū ipſi  
ſerui ſint corruptionis. Hoc beati Pe-  
tri verbū impletū videmus in pria-  
piſtis Lutheranis, omnis ſpurcitia,  
& immunditiæ ſeruis, hāc impiam  
& diabolicā ſeruitutem, libertatem  
euangelicam mentientes.

Porro in ſacris literis ſæpe com-  
mendatur libertas ab oneroſa illa  
lege

Glaty

1. Pet. 29

1. Pet. 31



DE HVMANIS CON-

Rom. 6. 7. lege Moyfaica. Paul. Non eftis sub  
 lege, fed sub gratia. infra: Lex in ho  
 Galat. 2. 3. mine dominatur, quanto tempore  
 viuit, itaq; fratres mortificati eftis  
 legi per corpus Chrifti. Non iuftifi-  
 catur homo ex operibus legis, lex  
 pædagogus noster fuit in Chrifto Ie-  
 fu. Et quicumque ex operibus legis  
 funt, sub maledicto funt. State & no-  
 lite iterum iugo feruitutis contine-  
 ri. Si circumcidimini, Chriftus nihil  
 vobis proderit.

Ideo ablatae funt neomenia, fab-  
 Galat. 4. bata, baptifmata &c. Quomodo cõ-  
 uertimini iterum ad infirma & ege-  
 na elementa? quibus denuo feruire  
 vultis, dies obferuatis & menses, &  
 Ephe. 2. tempora, & annos. Ipse enim eft pax  
 noftra, qui fecit vtraq; vnum, & me-  
 dium parietem maceriae, foluẽs ini-  
 micitias in carne fua, legem mada-  
 Col. 2. torum decretis euacuã. Nemo vos  
 iudicet in vlllo cibo, aut potu, aut in  
 parte diei fefti, aut neomenia, aut  
 fab-



sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum. Idem in Epistola ad Hebr., & Actuum, 15.

Est igitur Christiana seu Euangelica libertas non aliud quàm (vt Paulo placet) redemptio, seu absolutio à seruitute legis, & peccati per Iesum Christum facta, qua addicti deo, & iustitiæ, filiorum adoptionem recipimus. De hac libertate saluator dixit Iudæis: Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis: vide ibidem Augustinum.

Rom. 6.7

&amp; 8.

Galat. 5

Ioan. 8

## DE FESTIS ET IE-

iunijs. Non esu carniū,

&amp; gradib. consan-

guinitatis.

XIII.

¶ Vnum diem in septimana deo consecratum, est omnibus obuium.

**I**N lege Moysi adhuc instituit de alia festa. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitur

EXO. 23

L 5

tis